muni Israel et ad domum Iuda. In
diebus illis et in tempore illo
germinare faciam David
germen iustitie: et faciet iu
dicium et iustitiam in terra.
In diebus illis salvabitur Iuda
et Israel habitabit confidenter:
et hoc est nomen quod vocabunt eum
Dominus iustus noster. Quia hec di
cit Dominus. Non interibit
de David vir qui sedeat super thronum
domus Israel. et de sacerdotibus et
de levitis non interibit vir. a
facie mea qui offerat holo
caustomata et incendat sa
crificium. et cedat victimas
cunctis diebus. Et factum est verbum
Domini ad Ieremiam dicens.
Hec dicit Dominus. Si irritum
potest fieri pactum meum cum di
e. et pactum meum cum noc
te ut non sit dies et nox in tem
pore suo: et pactum meum irri
tum esse poterit cum servo meo
David ut non sit ex eo filius qui
regnet in throno eius: et levi
te et sacerdotes ministri mei.
Sicut enumerari non possunt
stelle celi et metiri harena
maris: sic multiplicabo se
men David servi mei. et levitas
ministros meos. Et factum est
verbum Domini ad Ieremiam dicens.
Numquid non vidisti quod populus hic
locutus sit dicens. Due cogna
tiones quas elegerat Dominus abiecte
sunt et populum meum despexerunt.
eo quod non sit ultra gens coram eis.
Hec dicit Dominus. Si pactum
meum inter diem et noctem et le
ges celo et terre non posui. equidem
et semen Iacob et David servi
mei proiciam ut non assumam de
semine eius principes seminis
Abraham Ysaac et Iacob. Re
ducam enim conversionem eorum et
miserebor eis.

XXXIIII

Verbum quod factum est ad Iere
miam a Domino quando Nabu
chodonosor rex Babylonis et omnis
exercitus eius. universaque reg
na terre que erant sub potesta
te manus eius. et omnis populi bel
labant contra Ierusalem. et contra omnes
urbes eius dicens. Hec dicit
Dominus Deus Israel. Vade et lo
quere ad Sedechiam regem Iuda
et dices ad eum. Hec dicit Dominus.
Ecce ego tradam civitatem
hanc in manus regis Baby
lonis et succendet eam igni. et
tu non effugies de manu eius.
sed comprehensione capieris et
in manu eius traderis. et ocu